



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

87 Officium Romanum recitare non tenentur milites regulares.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cessionibus, aut aliis necessariis impeditus in die festo mane illa perlolyvere non potuisset, aut aliis de causis, de quibus per Graff. decif. aur. dict. capit. 40. nū 86 honorem suscepimus, t̄ jure naturali ad referendum Deo gratias ad eas recitandas sunt obligati, ut trad. Navar. de orat. dict. c. 7. nū. 2. & Graff. decif. aur. c. 53. num. 1. par. 1. lib. 2.

82 Primo, t̄ omnes beneficiati ad officii recitationem tenentur, cap. fin. 92. distinct. c. quod à te, c. diversis fallacib⁹, dc cler. conjung. & Navar. de orat. cap. 7. numer. 3. lib. 3. quia propter officium datur beneficium, c. fin. de ref. in 6.

83 Ahās, legitimo impedimento t̄ cessante, pro rata omissionis officij horas non re 87 citans non facit fructus suos: sed illos, tanquam injuste perceptos, restituere tenet, ultrā quod mortaliter peccat, Dec. in cap. cum omnes, in 2. lib. num. 16. de const. Co 88 var. var. resolut. c. 3. num. 10. lib. 3. Navar. in manual. c. 25. nū. 122. Graff. decif. aur. c. 51. nū. 2. par. 1. conc. Trident. c. 1. §. si quis autem, s. ff. 23.

84 Qui verò t̄ omnes horas canonicas, uno, vel pluribus diebus intermisserit omnes beneficij, seu beneficiorum fructus quos illo, vel illis diebus responderent, si quotidianè dividerentur, qui verò matutinum tantum, dimidiā, qui ceteras omnes alias horas, aliam dimidiā, qui harum singulas sextam partem fructuum ejusdem diei amittunt, ut statuit Pius V. in constit. 138. que incipit: Ex proximo Lateranen. de qua in Bull Roma. pag. 1134. Tenentur etiam ad horarum recitationem sacerdotes, ut in c. presbyter. 91. distinct. & cap. 5. de celebrat. Miss.

85 t̄ Et etiam alij sacris ordinibus iniciati 89 non beneficiati, gloss. fin. in capit. 1. de celebr. Miss. & ibi Abb. numer. 4. non tam

jure humano scripto, quam lege naturali divina declarata, & quasi determinata per universalem consuetudinem, ob tantum honorem suscepimus, t̄ jure naturali ad referendum Deo gratias ad eas recitandas sunt obligati, ut trad. Navar. de orat. dict. c. 7. nū. 2. & Graff. decif. aur. c. 53. num. 1. par. 1. lib. 2. Et omnes regulares sacris ordinibus iniciati, & aliqui ex statuto regulari religionis, quam profitentur, vel ex consuetudine, si talis vigat, ut omnes professi teneantur, ac, si ordines sacros suscepissent. Navar. dict. c. 7 & Graff. decif. aur. de reg. c. 5. nū. 89. par. 1. lib. 3.

Milites t̄ ordinis S. Joannis Hierosolymitani, & aliarum Militiarum non tenentur ad officij Romani recitationem, nec ad aliud, cum nullum particulae habebant, t̄ quia, nisi ex mera devotione aliquod officium velint recitare, solummodo tenentur ad multoties q̄tolibet die oratione Dominicalem, & Angelicam salutationem ad præscriptum ejusdem religionis regulæ recitare, ut post. Navar. tenet Graff. decif. aur. c. 50. nū. 6. par. 1. lib. 2.

Et, quod beneficiati sacerdotes, ac tam seculares, quam regulares sacris ordinibus iniciati horas canonicas, aut earum partem notabilem sine justa causa, & etiam milites dicti ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani orationes, quas ex regulæ precepto recitare tenentur omittentes mortaliter peccant, post Henric. de Grand. Cardin. Turrecrem. Palud. & Sylvestr. tenet Navar. & attestatur de communione. c. 7. num. 5. de hor. canon. & Graff. dict. c. 7. numer. 89.

Horæ t̄ sunt septem, sicut septem dona Spiritus sancti, septem dies seculi, septem ætates, quibus completus fuit mundus